

Alte Drucke

**CARMEN || GRATVLATO=||RIVM:|| IN HONOREM INCLITI || AC
ILLVSTRISSIMI PRINCIPIIS || IVLII, Ducis Brunswicensis ac ||
Luneburgensis, &c.|| SCRIPTVM || á ...**

Olfen, Johannes

s.l., 1568

VD16 ZV 27220

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149734



Vis DEVS in nobis ? quid sydera tota
serena

Luciferos radios quid tollit ab aethere
Phœbus ?

Cuius & auspicijs cœlo nitidissima stel
la

Exoriens pulchro suffundit lumine
terras ?

Nubila depellens & sydera fausta reducens .

Auspicijs manifesta dies melioribus uti

Sortitur voluitq; vices , se vertere quonq;

In melius , superis sit gratia debita , mandat.

Exere luciferos iterum sol exere vultus

Cunctis discussis , astris fulgentibus exi

Nubibus : expectata diu iam gaudia portat.

Successu latator humus vos sydera cœli

Exultate nouo volucres plaudentibus alis ,

Lætitiæ signum dantes connectite cantus.

Tollite iucundas cœli , mare , tollite voces

Parta quies nobis iucundas tollite voces.

E propiore loco summa caligine mersos

Numina respiciunt : Phlegetontis tartara iniqua

Postibus excussis multa vi cardine : quamuis

Latratu ingenti recubans immanis in antro

Perfonet aduerso Stygio , & sua guttura pandit

Pluto , sulphureos emittens faucibus ignes

Turbant : sanctorum sic stat sententia Diuūm.

Tollite iucundas cœli , mare tollite voces.

Prosperiora cadunt : nunc vnica vera reducit

Iustitia humani generis , quod fluctibus actum

Tentatumue diu est ceu ventis nauis in alto

Gurgite , quæ præceps nunc huc nunc voluitur illuc,

A 2

Verbum

Verbum, quod monstret vestigia vera salutis.
O decus imperij, cui sunt tibi foedera curae,
Et pietatis honos, quo non es dignus honore?
Quæ tibi non laudes, quæ non gratantia verba
Debentur, summos reuerenti ante omnia Diuos.
Quæ verbis tua facta canam tua fortia dicam?
Ingenti virtute potens tollende sub astra
Macte tuâ celebri I V L I Dux inclite fama,
Fortunate I V L I proprijs decus addite terris
Summum: quæ astris quo fausto sydere natus
Inclite Dux, quæ te tam secula læta tulerunt,
Fœlix illa dies, qua te generosa sub auras
Produxit mater, multos perpeffa labores,
Tumq; graues curas: fœlici prole beatam
Seclasserent merito cunctos mansura per annos,
Atq; iterum fœlix, fœlix ô sydes & astra,
Et quæ vitalis tibi lucis causa fuerunt
Omnia, fœlices qui te genuere parentes.
Venit læta dies, venit optabile tempus, 43
Quo DEVS immenso populi commotus amore
Per te vult iterum vitæ recludere fontes
Saluificos, Duce te, & sua dogmata vera doceri
Comparat, & Sathanæ dispelli dira venena.
Hic veræ virtutis honos, hæc gloria tanta
Subsequitur, pietas fœlices prospera cursus
Spondet, nec fallit meliora ad præmia quenq;
Adducit, pietas summa & sapientia prima.
Hinc via, vita, salus, hinc est thesaurus honoris,
Hinc spes, hinc requies, hæc est medicina laboris
Solliciti, auertens & tollens pectore curas.
Hinc DEVS Omnipotens cœli de parte serena
Aspicit, asseruat, curat, non turbida iustum

Præualuisse

Præualuisse queunt nec mille pericla nocere
Omnia sed fausto procedere sydere quæq;
Aspiciunt, successus adest honor vndiq; lucet,
Et semper iustis hæc præmia digna manebunt.
Non eadem sperare potest, nequit ista videre
Impius aut viles paleæ vt sparguntur ab aura
Per ventos motæ, sic concidet impius omnis
Confusus factis, non commoda pacis habebunt
Impia sectantes, sic præmia digna sequuntur.
Gaudeto virtute tua, Dux inclite, gaude,
Prospera fata tibi spondent tibi prospera dicite
Religio, varios humana negotia motus
Alternos voluunt, varijs te & calibus actum
Fata volunt patris, quem funere meruit acerbo
Atra dies, cuius longæ post tempora vitæ
Secula narrabunt virtutem & fortia dicent:
Post multas curas duos densosq; labores,
Quos virtus animi passa est, confidere sede.
Non promissa DEI fallit sententia quenq;
Fallere credentem pietas nescitq; negatq;.
O fortunatæ gentes, Brunouica Pubes,
Longæuicq; patres seclisq; effoeta senectus
Successu latare tuo, fortuna salutem
Prospera comportat, vultusq; arridet amico,
Te DEVS ex animo sortem miseratus iniquam
Respicit, atq; vias perdit Plutonis ad vndas
Ducentes, genibus flexis & mentibus æquis
Lingua sonet grates, duplicesq; ad sydera palmas
Tollite, grata DEO persoluite, carcere meritos
Eripuit, rursus iam dogmata vera relucunt.
Tollite iucundas voces & reddite Christo
Pro tantis grates, meritas persoluite laudes:

Fœlix

Fœlix quem verbum, fœlix quem curamq; Diuim
Sollicitat, nunq̃ qui vera fouere recusat
Fœlix, nec patitur sese per falsa repelli,
Donec in occasum voluentur sydera ab ortu,
Dum fuerint herbae terræ, dum vallibus umbræ
Lustrabunt, virtus, nomen, laudesq; manebunt.
Hic virtutis honos, virtutibus itur ad alta
Regna capesse patris virtutibus Inclite Princeps
Nec pietatis inops I V L I succedito regno,
Munera tanta subi licet alta pericula mixta
Tumq; metus trepidi non sit sine numine Diuim,
Quæ tibi conciliant sceptrum regnoq; locurunt.
Sit fœlix faustumq; precor tibi, fata secundos
Concedant cursus, & fors aspiret, iniqua
Sit procul, & fugiant duri tristesq; labores.
Hinc fera bella absint procul, hincq; inmania castra
Martia, (quod melius) pax præstantissima rerum
Omnia pace vigent, concordia dulcis adesto:
Hæc quoniam paruas seruat, discordia magnas
Exhaurit vires. hæc moenia fortia ponit
A Equo solo, & nihil est quod non discordia vertat.
Hinc D E V S imperium faciat florere, nec vlla
Perturbent sortem, faciat quo singula lata.
Hoc regnum videat, fœlici fronte suberrent
Prospera fata, tibi sint tædia nulla laboris.
Quod superest summis votis animoq; precamur,
Te tibi commissos populos defendere posse.
Te & superesse Ducem patiantur numina, Parca
Abstineat violenta manus, procul hincq; recedat
Mors vitam rumpens, tibi sint fœlicia quæq;

PRECATIO

PRECATIO PRO

F OELICI G VBERNATIONE

ET SVCCESSV,

ALme DEVS tristi dum singula parte geruntur,
Dum fera bella sonant hic vndiq; & vndiq; dura
Aspectu super horrendo ceruicibus instant,
Nec reuerens vllos homines, nec numina sancta,
Gens exola DEVM capiti fera tela minantur,
Tu miserere mali, tu finem impone labori,
O caput auxiliij, fufis solatia rebus
Præstato, exiguas ad nostras respice partes
Nouisti vires, precibus si flecteris vllis,
Exaudi gemitus, & vitæ tædia tolle,
Hosq; inter medios fluctus, mediosq; furores
Conserua pacem, verum tibi collige cœtum,
Qui te collaudet, belli prohibeto tumultus.
Iusta silent armis, rigidoq; sub ense premuntur
Relligio & pietas, melius concordia verbum
Asseruat, cumq; hac commercia maxima Musis.
Tu DEVS in verbo retine nos, sunt profana
Hinc procul, atq; omnes qui talia somnia iactant
Pro veris, falsum dele, tolle, erue, purum
Ex tenebris ductum, sauiq; ex faucibus Orci
Ereptum serua verbum, nec respice mentem
Ingratam, nunquam patiaris pectore tolli
Hoc decus, vt toto nomen splendescat in orbe.
Quod restat regnum, hoc clemens tua gratia Christe
Conseruet, purum & ventura in secula verbum.
SOLI DEO GLORIA.